



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symma Practica Theologiae Mysticae

Gelen, Victor

Coloniae Agrippinae, 1652

Articulus Quintus. Adaequatis operationibus intellectus & voluntatis, vsque ad inferiorem regionem descendit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9766

dum est, & oculus mitiori lumine perfusus, ad lumen, & bonum quod illuminat, & beat omnem hominem, extendens, atque ab omnibus quæ sunt, & quæ non sunt depurandus est; quo ita ei, qui his omnibus præstat, ad æquato actu intellectus, & voluntatis, hoc quod in se verum est, ac realiter vitali communione in Deo bene-afficit, ita possideat, ut plus non appetat, nec minus appetat, quam velit, nec plus intelligat, quam a actu diligat, nec plus diligat, quam a actu intelligat. atq; hoc est vera, reali, ac integra adoratione Deum Patrem (supra omnia præstantem) in spiritu, eiusq; infima regione, mentali situ reuereri; vera amoris consecutione Deum adorare, ac potentij intellectus, & voluntatis adæquatè actuatis, in illum pietate transformari; cum ineffabili omnium, prout sunt in prima veritate, reluentia: qua mediante etiam fit, ut cuncta quæ in inferioribus videt, ac secundum spiritum, animam, & corpus attingit, tantum bona valde, & diuinæ, & supereminentis bonitatis, veritatisque imagines, ac particulae.

Adæquatis operationibus intellectus & voluntatis, usque ad inferiorem regionem descendit.

ARTICVLVS QVINTVS.

Venit a hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. ac si diceret: ô pia anima, omnis operatio mystica, si secundum suam perfectionem consideretur, talis esse debet, ut adæquatè procedat, secundum intellectum quidem, ut sit remota, & superexaltata ab omni eo, quod ut inferius transcedi potest; secundum voluntatem vero ut bonum proportionatum tam subtiliter amet, quam intelligit: hoc ipsum autem iam vel maximè fieri potest, & debet. unde nunc est hora in proprio spiritu adorandi Deum, secundum illam veritatem amoris, quam realiter, ac verè in hac media, & magis magisque descendens

te mentis regione, & situ reperit; absque conatu se erigendi ad sublimes illas, ac supersplendentes illustrations, quæ in summo huius Transformacionis contingebant: sed adæquato actu intellectus, & voluntatis, hoc quod in se verum est, ac realiter vitali communione in Deo bene-afficit, ita possideat, ut plus non appetat, nec minus appetat, quam velit, nec plus intelligat, quam a actu diligat, nec plus diligat, quam a actu intelligat. atq; hoc est vera, reali, ac integra adoratione Deum Patrem (supra omnia præstantem) in spiritu, eiusq; infima regione, mentali situ reuereri; vera amoris consecutione Deum adorare, ac potentij intellectus, & voluntatis adæquatè actuatis, in illum pietate transformari; cum ineffabili omnium, prout sunt in prima veritate, reluentia: qua mediante etiam fit, ut cuncta quæ in inferioribus videt, ac secundum spiritum, animam, & corpus attingit, tantum bona valde, & diuinæ, & supereminentis bonitatis, veritatisque imagines, ac particulae.

Vt autem hæc ritè fiant, pro actus exercitio mentales regiones, situsvè, ac insuper ipsum suum vitale habere, ac præambulum ut imperfectio; attamen ut conformis dispositio ad intimius operandum, accipienda sunt, ac deserenda; pro principio autem operationis subtilis cogitatio de summo Bono, & Pulchro assumenda est, ad eliciendam maximè spiritualem similitudinem, seu speciem; quam fecunditas intellectus vident-

a Ioan. cap. 4.

videndo illustrat, illustrando perficit: interea amatiuam vim tam subtiliter alliciens, ut videndo Pulchrum ita subtiliter à consortio diuinæ naturæ afficiatur, vt quodammodo operationes substantiae separatae attingat, & adæquatè, id est, tam spiritualiter diligit, sicut intelligit; toto hominis composito in

pace silentique gaudio, sibi proportionatis modis confruente; idque tamdiu, quoadusque constanter animaduertat, sese ob continuum descensum ad infimam regionem deuenire: quo facto, ad ea, quæ sequentí paraphrasi dicuntur, transendum erit.

ET TERTIO

DE IIS QVÆ FIVNT IN INFIMO TRANSFORMATIONIS MODI DESCENDENTIS.

PARAPHRASIS DV ODECIMA.

Gratia Dei diffusa a est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. ac si diceret, sicut in summo spiritus proprius ad altiora se non admittebatur, ita & in spiritu proprio, inferioris hominis machina tanquam ab eminentiori se, substare cogebatur. descensu ergò Transformationis declinante, spiritus proprius non amplius in media; sed infima regione viuere, & degere habet: ita vt ipsa quoque hominis inferioris circumferentia, proportionatis sibi modis, & actionibus spiritualibus diuinis coniungatur, percipiatque, quam intimè gratia Dei diffusa sit in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: pro ut in sequentibus dicendum est. &

- I. Propria operatio quamdiu in infimo Transformationis descendenter veratur, est silentij mystici quieta fruitio.
- II. Obumbratio diuinæ fruitionis in homine inferiori vinacissima quiete poscidetur.
- III. Plena fruitione continuò descendit, quousque, sicut spiritum diuinum; ita & spiritum proprium suprase in alto videat.
- IV. Remittente lumine Transformationis, descensus in profundo habitacionem constituit.

V.

a Rom. 5.